

6419 locus non enuntiatur. 'Pare che sia stata rinvenuta sotto Monte Verde ed appartenga ad uno dei cemeteri della Portuense' ROSSI. Placuit hoc loco proponere, cum Tarracina nominetur nec de loco vero constet, multa denique apud Feam legantur ex his partibus petita.

..... VM
 NDEM PER SA
 EXEMPLVM AEPISTulae . .
 . . ANA LAVIANILLA SILVANA . .
 5 QVONIAM IVSTAM POSTVLATIONem tuam esse intellexi
 VSA EPISCOPVS TARRACINENSIS
 IVXTA CIMITERIVM EX PARTE Dextra . . .
 TANGENT IN VILLA PARALLI
 MEISVE ISTAM TERRAM PRO
 10 CORPORA PARENTVM SVST

Fea ms. p. 90 manu aliena. Inde ed. Rossi *Roma sott.* 1, 211.
 4 ELAVIANILLA traditur.

6420 Terracinae in cathedrali.

LICINEIA • TERTVLLA
 VIXIT IN PACE ANN
 AMELIVS CONIVGI
 DP • DIE • VI •
 5 © CONS • AMANTI • ET *albini* p. C. 345

Marini inscr. chr. ms. p. 661, 12 a Guerrigio (inde de Rossi inscr. chr. I p. CIX).

6421 Terracinae in templo maximo DON.

HIC • REQVIESCIT • IOANNES • B • M • Q • V • PL • M
 ANNOS • LX • DP IN PACE • *uffi* • IDVS • FE
 BR • SEPTIES • P C BASILI V C p. C. 548

Cod. Raffaele f. 104; Don. cod. Barb. et ed. 20, 77 (inde Mur. 426, 7); Fabretti 758, 633 auctore non laudato.

Vv. aliter divisit Don. — 1 IOHANNES Raff. — 2 AN Don. (ed. contra ms.). — DD Raff. — CIII traditur pro CII. — 3 BASILII Don. Raff.

LXXXV. CIRCEII (Paola sub monte Circello). Tribu Pomptina.

De Circe dea fabulas cum eius nominis promunturio oppidoque coniunctas persequi nostrum non est, *quamquam*, Cicero (de d. n. 3, 19, 48) inquit, *Circen quoque coloni nostri Cerceienses religione colunt* (cf. Strabo 5, 3, 6 p. 232: τὸ Κίρχαιον . . . ἔχει πολίχνιον καὶ Κίρχης ἱερὸν καὶ Ἀθηνᾶς βῶμον, δαίτυσθαι δὲ καὶ φιάλην τινὰ φασιν Ὀδυσσεύς, et Vergilius Aen. 7, 10 seq.). Oppidum Romanis dictum est meliore aetate *Cerceii* (sic Cicero ad Att. 12, 19, 15, 10, item quidam libri de d. n. 3, 19, 48 et de fin. 4, 3, 7; Diodorus 14, 102 εἰς Κερκίους; Liv. 2, 39, 6, 12, 8, 3, 27, 9, 29, 15, 32, 26, cum *Circei* non traditum sit in libris melioribus nisi 1, 56, 6, 17; Plinius h. n. 2, 85, 201, 3, 5, 57, 58, 59, 62, 15, 29, 119, 32, 6, 60, 62); *Circeios* qui dicunt, fere Graeci sunt Latine graecissantes aetatisve posterioris, in his autem tituli quicumque extant (n. 6424, 6426, 6430, 6431). Praeterea *Circeia* pro *Circei* apud Melam 2, 4, 71 peccatum est librariorum, nec credo Servio ad Aen. 7, 10 Livium non promunturium, sed ipsum oppidum etiam *Circaeum* dixisse. Colonia fuit Romanorum iuris Latini, quam fabulosa historia ad regem Tarquinium Superbum refert (Liv. 1, 56; Dionys. 4, 63) addens colonos Romanos inde expulsos esse a Coriolano (Liv. 2, 39; Dionys. 8, 14; Plutarchus Cor. 28); contra annales fide digni conditam scribunt a. u. c. 364 (Diodorus 14, 102). Quocum recte convenit, quod in periplo Scylacis scripto saeculo urbis quinto ineunte c. 8 hic terminus

ponitur Latii, ut ipsi Circeii Latinorum sint (τὸ τοῦ Ἑλληνιστοῦ μνημῆμα ἐστὶ Λατίνων); nam Tarracina eo tempore etiamtum Volscorum fuit. Nominantur deinde Circeii et inter foederatos foederis Cassiani (Dion. 5, 61: Κίρχαιων) et inter populos Latinos, a quibus ut abstinerent Carthaginenses primo foedere Romani pepigerunt (v. supra p. 623) et inter eos qui cum reliquo Latio subinde scribuntur defecisse a Romanis (Liv. 6, 12, 13, 17, 21, 8, 3: *praetores tum duos Latium habebat L. Annium Setinum et L. Numisium Cerceiensem ambo ex coloniis Romanis*) et inter eos qui fidem laeserunt bello Hanniblico (Liv. 27, 9, 29, 15). Obsidum Carthaginensium Setia custoditorum coniunctio a. u. c. 556 facta etiam Cerceios attingit (Liv. 32, 26). Deinde municipium factum est, scilicet bello Italico, teste Cicerone de fin. 4, 3, 7; neque obstat quod altero loco supra citato cives eius *colonos nostros* dicit, id enim etiam in Latini iuris colonos convenit. Mansit in eo statu exiguum sane oppidum (Cicero l. c.; Strabo 5, 3, 6 p. 232: πολίχνιον cf. 5, 3, 5 p. 231) habens tamen praetorium Caesarum (Martialis 5, 1, 5; 14, 7, 4; cf. Suetonius Aug. 16). Magistratus sunt *III viri iure dicundo* (n. 6429) vel nude *III viri dicti* (n. 6428) et *aediles* (n. 6428). Ex sacerdotibus adest *augur* (n. 6428). In itinere Tarracina Antium, quod recenset Peutingerana (supra p. 60), Circeii adsunt. Tribum Circeienses nacti sunt Pomptinam (n. 6426, 6428).

6422 inter Circeienses rettuli propter argumentum. In arce Tarraconensi (sic errore) orientem versus DON. Terracinae in castello GIOV. Hodie Mesae in domo pontificia. — Inter Tarraconenses afferunt Donii errore decepti auctores Hispani infra citati.

EX • AVCTORITATE • IMP • CAES
 M • AVRELII • ANTONINI • PII • FELIC
 AVG • PARTHIC • MAX • BRITT • MAX
 PONT • MAX • ET • DECRETO • COLL
 5 XV • SAC • FAC • SERVIVS • CALPVRNIVS
 DOMITIVS • DEXTER • PROMAGIST • ARAM
 CIRCES • SANCTISSIMAE • RESTITVIT
 DEDICAT • XVII • K • IVL • IMP • ANTONINO
 AVG • IIII • BALBINO • II COS p. C. 213

Recognovi. Donius 1, 34 (inde Mur. 353, 3, item auctores Hispani Finestres 25, 27; Florez *Esp. sagr.* 24, 145; Masdeu 6, 151, 806) ex schedis Nicolai Alemanni; Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 38'. 42 (quo adhibito Morcellius de stilo 2, 24 titulum Tarracinae vindicat); Fea fast. p. LX n. 43 ex ms. nescio quo Chisiano; Orelli 1849, titulum in dubium vocans.

Ser. Calpurnius Domitius Dexter consul ordinarius a. 225 redit in urbanis vol. VI n. 1368, 1369. Dixit de eo Borghesius *Bull. dell' Inst.* 1833 p. 65 = opp. 6 p. 483. Propter cultum Circes vide capitis praefationem.